



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 114. Pacta a Capitulo & Canonicis Hildesiensibus inita per summum Pontificem damnata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVII^r. oris pœnam incurrisse declararet, Se
 A. C. 1712. natus Taurinensis intentatis gravissimis
 pœnis Episcopo, ut edictum suum re-
 vocaret, præcepit: hic ergo minis illis
 territus, suam declarationem revoca-
 vit, & excommunicatos a suis vincu-
 lis solvit: Ast S. Immunitatis Congre-
 gatio die quinta Julii hanc absolutio-
 nem omnino irritam esse declaravit.
 Compererat insuper S. Congregatio In-
 dulgentiarum, quod in quodam libello
 Veronæ anno priori impresso plurimæ
 indulgentiæ veluti a Pontificibus con-
 cessæ gestantibus scapulare Conceptionis
 B. V. & cincturam S. Monicæ, falso
 contineantur, hinc die vigesima secun-
 da Februarii declaravit, nullas alias
 indulgentias aquiri a gestantibus hoc
 scapulare præter illas, quas Clemens
 XI. Anno 1710. die duodecima Maii
 concessit, nec a cincturatis alias, nisi
 quæ expresse continentur in Brevis
 Clementis X. quod incipit: *Ex injuncto*
nobis, Anno 1675. die vigesima septi-
 ma Martii edito.

§. CXIV.

*Padæ a Capitulo & Canonicis Hilde-
 sienfibus inita per summum Pon-
 tificem damnata.*

Quam

Quam injusta vi Hildesienses Cano- Sæc. XVIII.
 nici ad ineunda pacta sibi ab ar- A. C. 1712.
 mato Hannoverano proposita, necnon
 ad redimendam perpetuam vexationem
 fuerint adacti, jam supra retulimus. *Vid. supra*
 Re autem comperta, summus Pontifex §. 48. p. 363.
 die duodecima Martii ad eosdem litem *Bull. Magn.*
 ras dedit, in quibus profitetur, se *part. 2.*
 quidem credere, quod inviti, relu- *pag. 238.*
 ctantes, illatarumque calamitatum sen-
 su, & acerbiorum metu compulsi pacto
 huic die undecima Julii & decima septi-
 ma Novembris subscripserint, eos tamen
 propterea minime excusari posse de-
 clarabat, quia in Deo, & officiis, quæ
 Pontifex apud Cæsarem, aliosque Prin-
 cipes in eorum defensionem interpo-
 fuerat, majorem fiduciam habere de-
 buissent, præcipue quia Ecclesiasticæ
 suæ professionis & Divini ministerii ra-
 tio flagitabat, ut extrema quævis po-
 tius pertulissent, quam Religionis &
 Ecclesiæ causam desererent, & pa-
 ctiones Catholicæ religioni, Divino
 cultui, animarum saluti, S. Canonibus,
 Hildesiensis Capituli, aliarumque Ec-
 clesiarum & locorum piorum juribus
 repugnantes inirent. Has ob causas
 & præcipue quia in his asperis, eo-
 rumque nomini injuriosis pactis plura
 capita Westphalicæ pacis dudum a
 S. Sede damnatæ instaurabantur, cunctas
Hist. Eccles. Tom. LXVIII. Hh hæc

Sæc. XVIII. hæc pactiones tanquam nullas & irritas pronuntiavit, easque cum omnibus inde secutis & quandocunque secuturis damnavit, reprobavitque. Acceptis hæc Papæ literis Hildesienfes Canonici die nona Julii hoc ad eundem dederunt responsum :

„Coram supremo Sanctitatis Vestre
 „throno adgeniculabundis poplitibus
 „prostrati gratias humillimas referri-
 „mus, in æternum nos pro eo obliga-
 „tos, devinctosque profitentes, quod
 „binas transactiones nobis tempore in-
 „terregni aliasve omnino derelictis, ac
 „omnem ubique, & undequaque opem
 „incassum implorantibus ex parte serenissimæ Domus Hannoveranæ 11. Julii
 „& 17. Novembris 1711. per vim, &
 „metum in viros constantissimos con-
 „dentem nulliter, & indebite adversus
 „sacri Romani Imperii sanctiones, om-
 „niaque mundi jura extortas motu pro-
 „prio, & de plenitudine potestatis au-
 „thoritate Apostolica, seu nullas, &
 „irritas declarare, seu cassare, ac an-
 „nullare, & in omnem eventum contra
 „istiusmodi recessus nos in integrum
 „mediante benignissimo brevi Aposto-
 „lico reponere dignata fuerit. Quem-
 „admodum nunc ad majorem Dei ho-
 „norem, & Sanctitatis Vestre ulterio-
 „rem nominis gloriam Ecclesie, &
 „Dis-

Sæc. XVIII.
A. C. 1712.

„Diæceseos hujus decorem, splendo-
remque breve istiusmodi Apostolicum
tam insignibus, iisque Apostolicis
clausulis munitum, ac singulari pror-
sus ædificatione, & Zelo Domus Do-
mini refertum vergit, ita salutari
effectu, ac fructu præmemorati brevis
coram sacra Cæsarea Majestate, &
Catholici sacri Romani Imperii Ele-
ctoribus, Principibus, aliisque statibus
nos confestim ac propediem gavifuros
sperantes, in id unice intenti erimus,
ut paternæ Sanctitatis Vestræ sollici-
tudini, ac Zelo plane incomparabili,
quo præter innumeras, quibus pre-
mitur curas, juribus Ecclesiæ No-
stræ restaurandis mirifice incumbit,
verbis, & opere humiliter respondeamus,
ac Apostolicam benedictionem,
quam cum sacratissimorum pedum ba-
silio submississime expetimus, consequi
mereamur, dum Sanctitatem Vestram
Divinæ protectioni, & nos suæ Cle-
mentissimæ gratiæ humillima cum de-
votione recommendantes indesinen-
ter perseveramus.,

Sanctitatis Vestræ,

Humillimi, & obedientiss. Servitores.

*Decanus, Scholasticus, Senior, to-
tumque Capitulum Cathed-
ralis Ecclesiæ Hildesimensis.*

Hh 2

In-

Sæc. XVIII. Insuper Canonici Hildesienfes om-
A. C. 1712. nem adhibuere conatum, ut Catholi-
 corum Principum auctoritate ac officiis
 in Ultrajectensi Conventu illata eis
 damna resarcirentur, & iniquæ hæc pa-
 ctiones rejicerentur. Hoc eorum stu-
 dium Pontifex non modo summis lau-
 dibus extulerat, sed etiam eorum causam
 Cæsari, Franciæ, Hispaniæ, Po-
 loniæ, & Lusitaniæ Regibus, necnon
 Moguntino & Trevirensi Electoribus,
 ac Leopoldo Lotharingiæ Duci die de-
 cima quarta Januarii anni sequentis
 impense commendabat.

§. CXV.

*Sanctio Palatina contra religionem
 a Pontifice reprobata.*

Epist. Clem. XI. p. 1734. Jam anno hujus sæculi quinto die vi-
 gesima prima Novembris jussu Jo-
 nis Guilielmi Palatini Electoris sanctio
 quædam seu declaratio sub titulo: *Re-
 cessus Religionis pro inferiori Palatinatu,
 eique annexis ditionibus* edita erat, in
 qua innovatis quibusdam pacis West-
 phalicæ articulis ad religionem perti-
 nentibus sancitum, ut omnes plena
 conscientiæ libertate potiantur, & pro
 suo arbitrio ab una ad aliam religionem
 transire possint, insuper de rebus Sa-
 cris, Ecclesiis, Ecclesiasticis proven-
 tibus,